Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0001-0

Sammelband
Cbd 201.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0002-6

Danielis Crameri D.

Μηνολόγιον *Hebræum*, ſeu

# MODUS REDUCENDI MENSES HEbræos ad Romanos & uſitatos,

cum Indice Feſtorum Hebræorum, quorum fit mentio in ſacris.

*Item*

*CALENDARIUM GENERale vulgare & Romanum;*

*Cum Tabella*

INTERVALLI ET CONcurrentium, Anni biſextilis, Literæ Dominicalis, Aurei Numeri, Indictionis, Cycli ☉ cum tempore Septuageſimæ, Paſchatos & Adventus, ab Anno 1605. usq; ad A.C. 1645.

*Additis*

*Verſiculis & Rythmis Veterum de Tempore.*

Expreſſum Anno Chriſti 1611.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0003-1

# LECTORI.

*SEmper ad unguiculos digitûm ſi labile tempus*
*Menſures, nunquam tempus abibit iners.*
*Craſtina nondum hora eſt, reparari heſterna talentis*
*Mille nequit: ſi vis vivere vive hodiè.*

Daniel Cramerus D.

Tabel-

# TABELLA REDUCENDI MENSES Hebræos ad Romanos & uſitatos.

| ROMANI. | GERMANICI | HEBRÆI. |
|---|---|---|
| 1. Januarius. | Jenner. | X. Tebeth. |
| 2. Februarius. | Hornüng. | XI. Schebath. |
| 3. Martius. | Mertz. | XII. Adar. |
| 4. Aprilis. | Aprill. | I. Abib* ſeu |
| (Niſan initiũ Novi anni. Exod. 13. v. 4. | | |
| * Hic Menſis initium ſumebat à Novilunio quod proximè antecedebat vel ſeq. Æquin. vernum. | | |
| 5. Majus. | Mey. | II. Iiar. Ziph. |
| 6. Junius. | Brachmon. | III. Sivan. |
| 7. Iulius. | Hewmon. | IV. Thamutz. |
| 8. Auguſtus. | Augſtmonat. | V. Ab. |
| 9. Septemb. | Herbſtmonat. | VI. Elul. |
| 10. October. | Weinmon. | VII. Thiſchri. |
| (ſeu Ethanim antiquitus initium Anni in Rebus Civilibus. Exod. 23. v. 16. | | |
| 11. Novem-ber | Wintermonat. | VIII. Mar-(cheſchvan, olim Bul. |
| 12. December. | Chriſtmonat. | IX. Cisleu. |
| 13. Embolim: | Einkömling. | XII. Veadar. |

Embolimæum (Veadar) ſubjungebant Hebræi ultimo menſi Adar, ſecundo & quarto Anno, ac ſi dicas etiam Adar, qui oritur ob differentiam motus ☽ ad motum ☉ annuum.

Notandum. Reduci Menſes Hebræorum ad Romanos non præciſè, ſed ἐν πλάτει. Abib enim nonnunquam in Martium, nonnunquam in Aprilem incidit: & Tiſchri partim Septembri partim Octobri reſpondet, & ſic conſequenter. Cur autem Reductio præciſe fieri nequeat, varias oſtendit rationes Hoſpinianus de Origin. Feſtor.

# INDEX FERIARUM

## Judaicarum ſecundum Menſes & Dies, quarum fit mentio in ſacris.

FERIÆ *Judaicæ differunt, quod quædam ſint autoritate divina inſtitutæ, quædam ab hominibus tantum inventæ.*

Feriæ divinitus inſtitutæ, ſunt:

Sabbatum diarium *eſt Dies quæq; ſeptima cujusq; Hebdomadæ.*

Sabbatum Septenne, *eſt Annus quisque ſeptimus, quo nec ſerebant nec metebant.*

Sabbathum ſeptem ſabbatorum ſeptennium, *eſt annus Iubilæus, qui erat annus quisq; quinquageſimus. Nam ſepties ſeptem Anni, faciunt Annos quadraginta novem, quorum Annus ſequens jubilæus eſt. Lev. 25. v. 8.*

Neomenia lat. Novilunium, *eſt cujusq;*

*Menſis*

*Menſis quem à Nova Luna auſpicabantur, Dies primus, ſacrificiis colendus, Num. 28. verſ. 11.*

Feſta Menſis Abib ſunt:

Paſcha, *cujus profeſtum erat ſegregatio Agni, 10. Die, M. Abib. Exod. 12. verſ. 3.*

*Feſti ipſius initium fiebat 14. D. ejusdem Menſis.*

Solennitas Azymorum *ſumebat initium 15. Die ejusdem Menſis, Levit. 23. v. 6.*

*In Palæſtina ſtatim poſt Paſcha* Meſsias *cæpta fuit hordeacea, unde & à Spicis hic Menſis nomen habet.*

Feſtum Menſis Ziph:

*Peregrinantibus, Abſentibus, & Contaminatis licebat feſtum Paſchæ celebrare menſe ſequenti Ziph. Num. 9. ver. 11.*

Feſtum Menſis Sivan.

Pentecoſte *Hebr. Schesvoth, Feſtum Hebdomadarum, quod poſt ſeptimam Hebdomadam ab antecedente feſto fuit celebrandum: & fuit dies quinquageſimus à feſto Azymorum. Levit. 23. ver. 16. incidens in finem menſis Ziph & initium menſis Sivan.*

*Hoc idem feſtum nominatur &* Feſtum Primitivorum, *eò quod offerrentur in hoc feſto Primiciæ triticeæ, quia circa Penteçoſten in Palæſtina abſoluta fuit meßis triticea. Exod. 34. v. 22.*

Feſta Menſis Thiſchri ſunt:

Feſtum Tubarum, *Buccinæ & Clangoris, quod colebatur 1. Die Menſis Septimi ſeu Thiſchri. Levit. 23. ver. 24.*

Feſtum Expiationis, *quod præcipitur celebrari, 10. Die ejuſdem Menſis, Levit. 16. verſ. 29.*

Feſtum Tabernaculorum, *quod celebrandum erat 15. ejuſdem menſis. Levit. 23. ver. 39. Quod & dicebant* Feſtum Palmarum *ſeu Salicum, ceu Circumgeſtationis Ramorum, de quo vide Harmon. Oſiand. libro 3. cap. 36.*

*Appendix hujus feſti erat* Feſtum Æzereth collectionis ſeu Retentionis, *de quo Num. 29. verſ. 35. Et incidebat in 22. Diem hujus menſis.*

*Cum hoc Menſe omnes labores colligendi fruges ſerotinas & ſerendi, in arvis finiebantur.*

## Feſta Menſis Marcheſvan.

*Ieroboam impius proprio & temerario auſu rejecit feſtum prioris menſis in hunc menſem ſine DEI mandato. 1. Reg. 12. verſ. 32. alioquin nulla erant feſta hujus menſis legitima.*

## FERIÆ AB HOMINIBUS inventæ, ſunt hæ:

Zach.

*Zach.8. verſ. 19. fit mentio* Jejuniorum, *quæ coluerunt in Captivitate Babylonica, Menſe quarto, quinto, ſeptimo & Decimo, qualia erant:*

1. Jejunium Occupatæ urbis Jeruſalem, *per Nabuchdonoſor, die 9. Menſ. Thamuz.*

2. Jejunium deſolatæ urbis, *celebratum D. 9. M. Ab.*

3. Jejunium Godaliæ *relicti in Iudæa, & inſidioſè interfecti celebratum, D. 3. Menſ. Thiſchri.*

4. Jejunium Obſeſsionis Jeruſalem, *celebratum Die 3. Menſ. Tebeth.*

*His acceſſerunt Dies* Purim *ſeu* ſortium, *quod Haman ſorte luſiſſet de capitibus Iudæorum, & celebrati ſunt, DD. 14. & 15. Menſ. Adar.*

*Item* Solennitas Epularum *Eſther 13. D. Ejuſdem M. Eſth. 9. v. 18.*

Jejunium fractarum Tabularum Legis, *non ſine ſuperſtitione celebratum, Die 17. Menſ. Thamutz.*

Feſtum ξυλοφορίας Comportationis lignorum, *cujus meminit Ioſephus lib. 2. de Bello Iud. cap. 17. & eſt celebratum in Menſe Ab: itidem non ſine ſuperſtitione.*

Feſtum Encæniorum *ſeu Conſecrationis & Renovationis Templi à Iuda Macchabæo inſtitutum.1.Macc.4. ver.59. quod celebrari cœpit 25. D. Men. Cisleu.*

Dies triumphi, *quem duxit Simon Aſmonæus, 1. Macc.13. ver. 51. annuatim celebratus, 23. Die M. Iiar.*

*Sed hæ omnes Feriæ humanitus inſtitutæ, & per Zachariam partim abrogatæ partim ad tempus usque Chriſti toleratæ, & nunc tandem cum toto Iudaiſmo penitus ſublatæ, quod rationem Cultus divini nunquam habuerint, teſtes ſunt Eſaias c.29. ver.13. Zacharias cap.7.v.5. Chriſtus Matth.15.v.8.*

Cætera de Feſtis etiam Recentiorum Judæorum, vide apud Eberum, Itemq; Anthonium Margaritam, Judæum converſum, Lectorem Hebræum olim in Academia Lipſenſi, de Judaiſmo Germanicè edito annò 1544.

Tantum de Feſtis Judæorum.

Calen-

# CALENDARIUM GENERALE VULgare & Romanum.

## REGULÆ *DE REDUCTIONE CAlendarii Juliani & Gregoriani.*

Dies Calendarii Juliani reducuntur ad dies Gregoriani, additione 10. E. g. 18. April. veteris incidit in 28. Novi.
Dies Calendarii Gregoriani reducuntur ad dies Juliani, ſubtractione 10. E.g. 2. April. Novi incidit in 23. Mart. Veteris.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0011-6

## Januarius habet dies XXXI.

### Luna verò habet

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | a | Circumciſio Domini | KAL. Jan. |
| 2 | b | Octava S. Stephani | 4. Non. Ian. |
| 3 | c | Octava S. Johannis | 3. Non. Ian. |
| 4 | d | Octava Innocentum | 2. Prid. Non. |
| 5 | e | Teleſphori Papæ | Non Ian. |
| 6 | f | Epiphania Domini | 8. Id. Ian. |
| 7 | g | Cleti Martyris | 7. Id. Ian. |
| 8 | a | Erhardi Epiſcopi | 6. Id. Ian. |
| 9 | b | Martiæ virginis | 5. Id. Ian. |
| 10 | c | Pauli primi Eremitæ | 4. Id. Ian. |
| 11 | d | Sol in Aquario | 3. Id. Ian. |
| 12 | e | Satyrii & Acadii | 2. Prid. Idus. |
| 13 | f | Hilarii Epiſc. & Confeſſ. | Idibus Ian. |
| 14 | g | Felicis Presbyteri | 19. Cal. Feb. |
| 15 | a | Mauri Abbatis | 18. Cal Feb. |
| 16 | b | Marcelli Papæ | 17. Cal. Feb. |
| 17 | c | Antonii Abbatis | 16. Cal. Feb. |
| 18 | d | Priſcæ virginis | 15. Cal. Feb. |
| 19 | e | Mariæ & Marthæ | 14. Cal. Feb. |
| 20 | f | Fabiani & Sebaſtiani | 13. Cal. Feb. |
| 21 | g | Agnetis virginis | 12. Cal. Feb. |
| 22 | a | Vincentii martyris | 11. Cal. Feb. |
| 23 | b | Emerentianæ virginis | 10. Cal. Feb. |
| 24 | c | Timothei diſc. Pauli | 9. Cal. Feb. |
| 25 | d | Converſionis Pauli | 8. Cal. Feb. |
| 26 | e | Polycarpi martyris | 7. Cal. Feb. |
| 27 | f | Johannis Chryſoſtomi | 6. Cal. Feb. |
| 28 | g | Caroli & VVernheri | 5. Cal. Feb. |
| 29 | a | Valerii Epiſcopi | 4. Cal. Feb. |
| 30 | b | Adelgundis virginis | 3. Cal. Feb. |
| 31 | c | Vergilii Epiſcopi | 2. Prid. Kal. Feb. |

Februa-

## Februarius habet dies XXVIII.
## Luna verò habet XXIX.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | d | Brigidæ virginis | Kal. Febr. | |
| 2 | e | Purificatio Mariæ | 4 | Non Febr. |
| 3 | f | Blaſii Epiſc. & Martyris | 3 | |
| 4 | g | Veronicæ virginis | 2. Prid. Non. Fe. | |
| 5 | a | Agathæ virginis | Nonæ | |
| 6 | b | Dorotheæ virginis | 8 | Id Febr. |
| 7 | c | Richardi Regis | 7 | |
| 8 | d | Syri Epiſcopi | 6 | |
| 9 | e | Apolon. Sol in piſc. | 5 | |
| 10 | f | Scholaſticæ & Guilhelmæ | 4 | |
| 11 | g | Euphraſiæ virginis | 3 | |
| 12 | a | Eulaliæ virginis | 2. Prid. Id. Feb. | |
| 13 | b | Caſtoris Presbyt. | Idus. | |
| 14 | c | Valentini Epiſc. & Mart. | 16 | Cal. Mart. |
| 15 | d | Fauſtini Martyris | 15 | |
| 16 | e | Julianæ Martyris | 14 | |
| 17 | f | Polycronii Epiſcopi | 13 | |
| 18 | g | Conſtantiæ & Concord. | 12 | |
| 19 | a | Gabini & Suſannæ | 11 | |
| 20 | b | Eucharii Epiſcopi | 10 | |
| 21 | c | Hilarii Papæ | 9 | |
| 22 | d | Cathedra Petri | 8 | |
| 23 | e | Locus Biſextil. | 7 | |
| 24 | f | Matthiæ Apoſt. | 6 | |
| 25 | g | Serapionis & Papiæ | 5 | |
| 26 | a | Neſtoris Epiſcopi | 4 | |
| 27 | b | Juliani Martyris | 3 | |
| 28 | c | Romani Abbat. | 2. Prid. Kal. Mar. | |

# Martius habet dies XXXI.
## Luna verò habet XXX.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | d | Albani Epiſcopi | | Kalend. Mart. |
| 2 | e | Simplicii Epiſcopi | 6 | |
| 3 | f | Kunigundus Imperatr. | 5 | |
| 4 | g | Adriani martyris | 4 | Non Mart. |
| 5 | a | Fati martyris | 3 | |
| 6 | b | Fridolini confeſs. | 2. | Prid. Non Mar. |
| 7 | c | Thomæ de Aquino. | | Nonæ. |
| 8 | d | Philemonis Diaconi | 8 | |
| 9 | e | Quadraginta milit. | 7 | |
| 10 | f | Alexandri & Caii | 6 | Id. Mart. |
| 11 | g | Guniberti Epiſcopi | 5 | |
| 12 | a | Greg. pa. Sol in Arie. | 4 | |
| 13 | b | Æquinoctium vernale. | 3 | |
| 14 | c | Zachariæ Papæ | 2. | Prid. Id Mart. |
| 15 | d | Longini militis | | Idus. |
| 16 | e | Cyriaci Diaconi | 17 | |
| 17 | f | Gertrudis Virginis | 16 | |
| 18 | g | Alexandri Epiſcopi | 15 | |
| 19 | a | Joſeph nutrit. Domini | 14 | |
| 20 | b | Huberti Epiſcopi | 13 | |
| 21 | c | Benedicti Abbatis | 12 | |
| 22 | d | Pauli Epiſcopi | 11 | Dies Æquinoctii |
| 23 | e | Theodorici martyris | 10 | tempore Ambr. |
| 24 | f | Pigmenii Epiſcopi | 9 | Cal. April. |
| 25 | g | Annunciatio Mariæ | 8 | |
| 26 | a | Caſtoli martyris | 7 | |
| 27 | b | Reſurrectio Domini | 6 | |
| 28 | c | Priſci & Malchi | 5 | |
| 29 | d | Euſtachii martyris | 4 | |
| 30 | e | Quirini Tribuni | 3 | |
| 31 | f | Guidonis Abbatis | 2. | Prid. Kal. Ap. |

Aprilis

# Aprilis habet dies XXX.
## Luna verò habet XXIX.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | g | Converſio Mariæ Magd. | Kalen. | |
| 2 | a | Theodoſiæ virginis. | 4 | Non April. |
| 3 | b | Mariæ Ægyptiacæ | 3 | |
| 4 | c | Ambroſii Epiſcopi | 2. Prid. non. | |
| 5 | d | Vincentii prædicat. | Nonæ. | |
| 6 | e | Diogenis martyris | 8 | |
| 7 | f | Cœleſtini Papæ | 7 | |
| 8 | g | Apollonii Martyris | 6 | Id April. |
| 9 | a | Dioſcori Abbatis | 5 | |
| 10 | b | Ezechielis Prophetæ | 4 | |
| 11 | c | Sol in Tauro | 3 | |
| 12 | d | Julii Papæ | 2. Prid. Id Apri. | |
| 13 | e | Euphemiæ Virginis | Idibus. | |
| 14 | f | Tiburtii & Valeriani | 18 | |
| 15 | g | Olympiadis martyris | 17 | |
| 16 | a | Petri Diaconi | 16 | |
| 17 | b | Rudolphi Epiſcopi | 15 | |
| 18 | c | Iubini Epiſcopi | 14 | |
| 19 | d | Hermogenis martyris | 13 | |
| 20 | e | Supplicii & Serviliani | 12 | |
| 21 | f | Simeonis martyris | 11 | Cal. Maii. |
| 22 | g | Caii Papæ | 10 | |
| 23 | a | Georgii milit. & mart. | 9 | |
| 24 | b | Alberti Epiſcopi Pragen. | 8 | |
| 25 | c | Marci Evangeliſtæ | 7 | |
| 26 | d | Cleti Papæ | 6 | |
| 27 | e | Anaſtaſii Papæ | 5 | |
| 28 | f | Vitalis Martyris | 4 | |
| 29 | g | Petri de Mediolano | 3 | |
| 30 | a | Mariani martyris | 2. Prid. Cal. Maii. | |

Majus

## Majus habet dies XXXI.
## Luna vero habet XXX

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | b | Philippi & Iacob | Kalend. | |
| 2 | c | Athanaſii Epiſcopi | 6 | |
| 3 | d | Inventio S. Crucis | 5 | Non. Maii. |
| 4 | e | Lanceæ coronæ & clau. | 4 | |
| 5 | f | Gothardi Epiſcopi | 3 | |
| 6 | g | Ioannis ante portã Latinã | 2. Prid. Non Maii. | |
| 7 | a | Domicillæ virginis | Non. | |
| 8 | b | Stanislai Epiſcopi | 8 | |
| 9 | c | Gregorii Theologi | 7 | |
| 10 | d | Gordiani & Epimachi | 6 | |
| 11 | e | Mamerti Epiſcopi | 5 | Idus Maii. |
| 12 | f | Pancratii Sol in gem. | 4 | |
| 13 | g | Servatii & Gangolfi | 3 | |
| 14 | a | Sanctus Iob | 2. Prid. Id. Maii. | |
| 15 | b | Iſidori martyris | Idus. | |
| 16 | c | Peregrini Epiſcopi | 17 | |
| 17 | d | Torpeti martyris | 16 | |
| 18 | e | Diaſcori & Erici R. Seciæ | 15 | |
| 19 | f | Potentianæ virginis | 14 | |
| 20 | g | Bernardini confeſs. | 13 | |
| 21 | a | Valentis Epiſcopi | 12 | |
| 22 | b | Helenæ reginæ | 11 | |
| 23 | c | Deſiderii Epiſcopi | 10 | Cal. Iunii. |
| 24 | d | Domitiani & Rogatiani | 9 | |
| 25 | e | Vrbani Papæ | 8 | |
| 26 | f | Bedæ Presbyteri | 7 | |
| 27 | g | Luciani Presbyteri | 6 | |
| 28 | a | Gulielmi ducis Aquit. | 5 | |
| 29 | b | Maximi Epiſcopi | 4 | |
| 30 | c | VVigandi | 3 | |
| 31 | d | Petronellæ virginis | 2. Prid. Cal. Iunii. | |

## Junius habet dies XXX
## Luna verò habet XXIX.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | e | Nicomedis mart. | Kalend. | |
| 2 | f | Marcellini & Petri | 4 | Non. Iun. |
| 3 | g | Eraſmi martyris | 3 | |
| 4 | a | Carini martyris | 2. prid. Non. Iun. | |
| 5 | b | Bonifacii Epiſcopi | Non. | |
| 6 | c | Benigni Bresbyteri | 8 | Id. Iun. |
| 7 | d | Lucian. Epi. & mart. | 7 | |
| 8 | e | Medardi Epiſcopi | 6 | |
| 9 | f | Primi & Feliciani | 5 | |
| 10 | g | Onofrii Eremitæ | 4 | |
| 11 | a | Barnabæ Apoſtoli | 3 | |
| 12 | b | Baſilidis, Cyrini, Nabo. | 2. prid. Id. Iun. | |
| 13 | c | Sol in Cancro | Idus. | |
| 14 | d | Solſtitium æſtivale | 18 | Cal. Iulii. |
| 15 | e | Viti & Modeſti martyris | 17 | |
| 16 | f | Aureliani Epiſcopi | 16 | |
| 17 | g | Paulæ virginis | 15 | |
| 18 | a | Marci & Marcelli | 14 | |
| 19 | b | Gervaſii & Prothaſii | 13 | |
| 20 | c | Reginæ virginis | 12 | |
| 21 | d | Albani Epiſcopi | 11 | |
| 22 | e | Decem millium mart. | 10 | |
| 23 | f | Pauli Epiſcopi | 9 | |
| 24 | g | Nativitas Johannis Bapt. | 8 | |
| 25 | a | Gallicani & Elogii | 7 | |
| 26 | b | Johannis & Pauli | 6 | |
| 27 | c | Septem dormientium | 5 | |
| 28 | d | Leonis Papæ | 4 | |
| 29 | e | Petri & Pauli Apoſt. | 3 | |
| 30 | f | Commemoratio Pauli | 2. prid. Cal. Iul. | |

Julius

## Julius ſeu Quintil. habet d. XXXI.
## Luna verò habet XXX.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | g | Theobaldi Epiſcopi | | Kalend. |
| 2 | a | Viſitatio Mariæ | 6 | |
| 3 | b | Translatio S. Thomæ | 5 | Non. Iul. |
| 4 | c | Vdalrici Epiſcopi | 4 | |
| 5 | d | Zoæ martyris | 3 | |
| 6 | e | Sanctus Guero | 2. | Prid. Non. Iulii |
| 7 | f | VVilibaldi Epiſcopi | | Non. |
| 8 | g | Kyliani & ſociorum ejus. | 8 | |
| 9 | a | Cyrilli Epiſcopi | 7 | |
| 10 | b | Septẽ fratrũ filiorũ S. Feli. | 6 | |
| 11 | c | Translatio S. Benedicti | 5 | Id. Iulii |
| 12 | d | Henrici Cæſaris | 4 | |
| 13 | e | Margaritæ | 3 | |
| 14 | f | Bonaventuræ Doctoris | 2. | Prid. Id. Iulii. |
| 15 | g | Sol in Leon. Diviſ. Apoſt. | | Idus |
| 16 | a | Euſtachii & VValteri | 17 | |
| 17 | b | Alexii confeſſoris | 16 | |
| 18 | c | Arnolfi & Materni | 15 | |
| 19 | d | Juſtæ & Ruffinæ | 14 | |
| 20 | e | Joſephi Juſti | 13 | |
| 21 | f | Arbagaſti Epi. Argentinenſ. | 12 | |
| 22 | g | Mariæ Magdalenæ | 11 | |
| 23 | a | Apollinaris martyris | 10 | Cal. Aug. |
| 24 | b | Chriſtianæ virg. | 9 | |
| 25 | c | Jacobi Apoſtoli | 8 | |
| 26 | d | Annæ mat. Mariæ | 7 | |
| 27 | e | Simeonis Bartholdi | 6 | |
| 28 | f | Pantaleonis mart. | 5 | |
| 29 | g | Beatricis & Marthæ | 4 | |
| 30 | a | Abdonis & Sennis | 3 | |
| 31 | b | Germani Epiſcopi | 2. | Prid. Cal. Au. |

Augu-

## Auguſt. olim Sextil. habet d. XXXI.
### Luna vero habet XXX.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | c | Vincla Petri | Kalend. | |
| 2 | d | Stephani Papæ | 4 | Non. Aug. |
| 3 | e | Inventio S. Stephani | 3 | |
| 4 | f | Tertulliani | 2. | Prid. Non. Aug. |
| 5 | g | Oſvvaldi Regis | Non. | |
| 6 | a | Sixti Papæ & mart. | 8 | Id. Auguſt. |
| 7 | b | Aphræ Martyris | 7 | |
| 8 | c | Cyriaci & ſocii ejus | 6 | |
| 9 | d | Romani militis | 5 | |
| 10 | e | Laurentii martyris | 4 | |
| 11 | f | Tiburtii & Suſannæ | 3 | |
| 12 | g | Claræ virginis & VVipartis | 2. | Prid. Id. Auguſt. |
| 13 | a | Hippoliti & ſoc. ejus | Idus. | |
| 14 | b | Euſebii conf. Sol in virg. | 19 | Cal. Sep. |
| 15 | c | Aſſumptio Mariæ | 18 | |
| 16 | d | Rocchi confeſſoris | 17 | |
| 17 | e | Verenæ imperatric. | 16 | |
| 18 | f | Agapiti Epiſcopi | 15 | |
| 19 | g | Sebaldi & Ludovici | 14 | |
| 20 | a | Bernhardi abbatis | 13 | |
| 21 | b | Anaſtaſii martyris | 12 | |
| 22 | c | Timothei & Symphoriani | 11 | |
| 23 | d | Zachei Epiſcopi | 10 | |
| 24 | e | Bartholomæi Apoſtoli | 9 | |
| 25 | f | Ludovici Regis | 8 | |
| 26 | g | Severini martyris | 7 | |
| 27 | a | Ruſi & Gebhardi | 6 | |
| 28 | b | Auguſtini Epiſcopi | 5 | |
| 29 | c | Decollat. Johannis | 4 | |
| 30 | d | Felicis & Adaucti | 3 | |
| 31 | e | Paulini Epiſcopi | 2. | Prid. Cal. Sep. |

# September habet dies XXX.
## Luna vero habet XXIX.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | f | Ægidii abbatis | Kalend. |
| 2 | g | Emerici ducis | 4 } Non. Sep. |
| 3 | a | Manſueti Epiſcopi | 3 |
| 4 | b | Serapiæ virginis | 2. Prid. Non. Sep. |
| 5 | c | Marcelli martyris | Non. |
| 6 | d | Victorini martyris | 8 |
| 7 | e | Reginæ virginis | 7 |
| 8 | f | Nativitatis B. Mariæ | 6 } Id. Sep. |
| 9 | g | Gorgonii martyris | 5 |
| 10 | a | Soſthenis & Victoris | 4 |
| 11 | b | Prothi & Hyacincti | 3 |
| 12 | c | Syri & Eventii | 2. prid. Id. Sept. |
| 13 | d | Materni Epiſcopi | Idus. |
| 14 | e | Exaltatio S. Crucis | 18 |
| 15 | f | Sol in libr. Æqui. Autum. | 17 |
| 16 | g | Euphemiæ virginis | 16 |
| 17 | a | Lamberti Epiſcopi | 15 |
| 18 | b | Richardis Imperatricis | 14 |
| 19 | c | Januarii Epiſcopi | 13 |
| 20 | d | Fauſtæ virginis | 12 } Cal. Octob. |
| 21 | e | Matth. Apoſt. & Evang. | 11 |
| 22 | f | Mauricii & ſociorum ejus | 10 |
| 23 | g | Zoſii diaconi | 9 |
| 24 | a | Ruperti Epiſcopi | 8 |
| 25 | b | Cleophæ diſcip. Domini | 7 |
| 26 | c | Cypriani & Juſtini | 6 |
| 27 | d | Coſmæ & Damiani | 5 |
| 28 | e | VVenceslai Regis Boh. | 4 |
| 29 | f | Michaelis Archangeli | 3 |
| 30 | g | Hierony. & Othonis | 2. prid. Cal. Oct. |

Octob.

## October habet dies XXXI.
### Luna verò habet XXX.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | a | Remigii Epiſcopi | Kalend. |
| 2 | b | Leodegarii Epiſcopi | 6 |
| 3 | c | Ludovici Epiſcopi | 5 |
| 4 | d | Franciſci confeſſoris | 4 Non. Octob. |
| 5 | e | Placidi & Eutychii | 3 |
| 6 | f | Fidei virginis Æſchylli | 2. Prid. Non. Octob. |
| 7 | g | Sergii & Bacchi | Non. |
| 8 | a | Pelagiæ peccatricis | 8 |
| 9 | b | Dionyſii & ſociorum ejus | 7 |
| 10 | c | Gerſonis & ſociorum ejus | 6 |
| 11 | d | Vedaſti & Euſtachii | 5 Id. Octob. |
| 12 | e | Maximiliani martyris | 4 |
| 13 | f | Burchardi & Colomanni | 3 |
| 14 | g | Calixti papæ | 2. Prid. Id. Octob. |
| 15 | a | Aureliæ. Sol in ſcorp. | Idus. |
| 16 | b | Galli abbatis | |
| 17 | c | Lucivæ Romanæ | 17 |
| 18 | d | Lucæ Evangeliſtæ | 16 |
| 19 | e | Ptolomæi & Lucii | 15 |
| 20 | f | Maximi & VVendelini | 14 |
| 21 | g | Vndecim millium vir. | 13 |
| 22 | a | Severi Epiſcopi | 12 |
| 23 | b | Severini Epiſcopi | 11 |
| 24 | c | Radegundis reginæ | 10 Cal. Novemb. |
| 25 | d | Criſpin. & Criſpiniani | 9 |
| 26 | e | Amandi. Pelagiæ virginis | 8 |
| 27 | f | Sabinæ, Creſcentiæ | 7 |
| 28 | g | Simonis & Judæ Apoſt. | 6 |
| 29 | a | Narciſsi Epiſcopi | 5 |
| 30 | b | Marcelli militis | 4 |
| 31 | c | Quintini & VVolfgangi | 3 |
| | | | 2. Prid. Cal. Nov. |

## November habet dies XXX.
### Luna verò habet XXIX.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1 | b | Omnium ſanctorum | Kalend. | |
| 2 | c | Omnium animarum | 4 | Non. Nov. |
| 3 | f | Huberti Epiſcopi | 3 | |
| 4 | g | Amantii Epiſcopi | 2. Prid. Non. Nov. | |
| 5 | a | Malachiæ Epiſcopi | Nonæ. | |
| 6 | b | Leonardi confeſs. | 8 | |
| 7 | c | Florentii Epiſcopi argent. | 7 | |
| 8 | d | Quatuor coronatorum | 6 | |
| 9 | e | Theodori martyris | 5 | Id. Nov. |
| 10 | f | Martini Lutheri | 4 | |
| 11 | g | Martini Epiſcopi | 3 | |
| 12 | a | Benedictæ virginis | 2. Prid. Id. Nov. | |
| 13 | b | Bricci Sol in Sagit. | Idibus. | |
| 14 | c | Serapidis martyris | 18 | |
| 15 | d | Eugenii Epiſcopi | 17 | |
| 16 | e | Othmari & Emundi | 16 | |
| 17 | f | Amandi Epiſcopi | 15 | |
| 18 | g | Eſitii militis & martyris | 14 | |
| 19 | a | Eliſabeth. Landgraviæ | 13 | |
| 20 | b | Pontiani papæ | 12 | |
| 21 | c | Præſentat. Mariæ | 11 | Cal. Dec. |
| 22 | d | Ceciliæ virginis | 10 | |
| 23 | e | Clementis papæ | 9 | |
| 24 | f | Chryſogoni martyris | 8 | |
| 25 | g | Catharinæ virginis | 7 | |
| 26 | a | Conrad. Epi. Conſtan. | 6 | |
| 27 | b | Agricolæ & Vitalis | 5 | |
| 28 | c | Pipini & Manſueti | 4 | |
| 29 | d | Saturnini & Chriſanti | 3 | |
| 30 | e | Andreæ Apoſtoli | 2. Prid. Cal. Dec. | |

Decem.

## December habet dies XXXI.
## Luna vero habet XXX.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | f | Elegii Epiſcopi | Kalend. |
| 2 | g | Juvinianæ virginis | 4 Non. Decemb. |
| 3 | a | Athlæ virginis | 3 Non. Decemb. |
| 4 | b | Barbaræ virginis | 2. Prid. Non. Dec. |
| 5 | c | Criſpinæ virginis | Nonæ. |
| 6 | d | Nicolai Epiſcopi | 8 Id. Dec. |
| 7 | e | Agathonis martyris | 7 Id. Dec. |
| 8 | f | Conceptio Mariæ | 6 Id. Dec. |
| 9 | g | Joachim | 5 Id. Dec. |
| 10 | a | Abundi diaconi | 4 Id. Dec. |
| 11 | b | Damaſi papæ | 3 Id. Dec. |
| 12 | c | Epimachi & Alexandri | 2. Prid. Id. Decemb. |
| 13 | d | Luciæ. Sol in cancr. | Idus. |
| 14 | e | Solſtitium Hyemale | 19 Cal. Aug. |
| 15 | f | Valeriani Epiſcopi | 18 Cal. Aug. |
| 16 | g | Ananiæ Azariæ Miſael. | 17 Cal. Aug. |
| 17 | a | Adelheidis Imperatricis | 16 Cal. Aug. |
| 18 | b | Bunibaldi abbatis | 15 Cal. Aug. |
| 19 | c | Nemeſii martyris | 14 Cal. Aug. |
| 20 | d | Amonis & Zenonis | 13 Cal. Aug. |
| 21 | e | Thomæ Apoſtol. | 12 Cal. Aug. |
| 22 | f | Chironis martyris | 11 Cal. Aug. |
| 23 | g | Dagoberti Regis | 10 Cal. Aug. |
| 24 | a | Gregorii presbyteri | 9 Cal. Aug. |
| 25 | b | Nativitas Domini | 8 Cal. Aug. |
| 26 | c | Stephani protomart. | 7 Cal. Aug. |
| 27 | d | Johannis Evangeliſt. | 6 Cal. Aug. |
| 28 | c | Puerorum innocentium | 5 Cal. Aug. |
| 29 | f | Thomæ cantv. | 4 Cal. Aug. |
| 30 | g | David Rex | 3 Cal. Aug. |
| 31 | a | Sylveſtri papæ | 2. Prid. Kal. Jan. |

*Sequitur*

# TABULA,

## Durans ab Anno Chriſti 1604. Uſq; ad Annũ CHRISTI 1640.

Quæ indicat,
*Intervallum &*
*Concurrentes:*
*Annum Biſſextilem;*
*Literam Dominicalem;*
*Aureum numerum;*
*Indictionem,*
*Cyclum Solarem:*

Cum
*Tempore Septuageſimæ, Paſchatos & Adventus:*

Stylo Juliano & incorrupto.

| ANNO CHRISTI. | Biſextilis. | Litera Domin. | Aureus Numerus. | Indictio Romana. | Cyclus Solaris. | Intervallum heb: | Concurrentes. di. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1604. | A | G | 9. | II. | 17. | 8. | 0. |
| 1605. | | F | 10. | III. | 18. | 6. | 5. |
| 1606. | | E | 11. | IV. | 19. | 9. | 4. |
| 1607. | | D | 12. | V. | 20. | 7. | 3. |
| 1608. | C. | B | 13. | VI. | 21. | 6. | 2. |
| 1609. | | A | 14. | VII. | 22. | 9. | 0. |
| 1610. | | G | 15. | VIII. | 23. | 7. | 6. |
| 1611. | | F | 16. | IX. | 24. | 5. | 5. |
| 1612. | E | D | 17. | X. | 25. | 8. | 4. |
| 1613. | | C | 18. | XI. | 26. | 7. | 2. |
| 1614. | | B | 19. | XII. | 27. | 10. | 1. |
| 1615. | | A | 1. | XIII. | 28. | 8. | 0. |
| 1616. | G | F | 2. | XIV. | 1. | 6. | 6. |
| 1617. | | E | 3. | XV. | 2. | 9. | 4. |
| 1618. | | D | 4. | I. | 3. | 7. | 3. |
| 1619. | | C | 5. | II. | 4. | 6. | 2. |
| 1620. | B | A | 6. | III. | 5. | 9. | 1. |
| 1621. | | G | 7. | IV. | 6. | 6. | 6. |

Anno

| ANNO Chriſti. | SEPTVAGESIMA. | PASCHA. | ADVENTVS. |
|---|---|---|---|
| 1604. | 5. Februar. | 8. Aprilis. | 2. Decemb. |
| 1605. | 27. Ianua. | 31. Mart. | 1. Decemb. |
| 1606. | 16. Februar. | 20. April. | 30. Novemb. |
| 1607. | 1. Februar. | 5. April. | 29. Novemb. |
| 1608. | 24. Ianua. | 27. Mar. | 27. Novemb. |
| 1609. | 12. Februa. | 16. April. | 3. Decemb. |
| 1610. | 4. Februa. | 8. April. | 2. Decemb. |
| 1611. | 20. Ianua. | 24. Mar. | 1. Decemb. |
| 1612. | 9. Februa. | 12. April. | 29. Novemb. |
| 1613. | 31. Ianua. | 4. April. | 28. Novemb. |
| 1614. | 20. Februa. | 24. April. | 27. Novemb. |
| 1615. | 5. Februar. | 9. April. | 3. Decemb. |
| 1616. | 28. Ianuar. | 31. Mart. | 1. Decemb. |
| 1617. | 16. Februa. | 20. Aprilis. | 30. Novemb. |
| 1618. | 1. Februar. | 5. April. | 29. Novemb. |
| 1619. | 24. Ianua. | 28. Mar. | 28. Novemb. |
| 1620. | 13. Februa. | 16. April. | 3. Decemb. |
| 1621. | 28. Ianua. | 1. April. | 2. Decemb. |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1622. | | F | 8. | V. | 7. | 9. | 5. |
| 1623. | | E | 9. | VI. | 8. | 8. | 4. |
| 1624. | D | C | 10. | VII. | 9. | 6. | 3. |
| 1625. | | B | 11. | VIII. | 10. | 9. | 1. |
| 1626. | | A | 12. | IX. | 11. | 8. | 0. |
| 1627. | | G | 13. | X. | 12. | 5. | 6. |
| 1628. | F | E | 14. | XI. | 13. | 8. | 5. |
| 1629. | | D | 15. | XII. | 14. | 7. | 3. |
| 1630. | | C | 16. | XIII. | 15. | 6. | 2. |
| 1631. | | B | 17. | XIV. | 16. | 8. | 1. |
| 1632. | A | G | 18. | XV. | 17. | 7. | 0. |
| 1633. | | F | 19. | I. | 18. | 9. | 5. |
| 1334. | | E | 1. | II. | 19. | 7. | 4. |
| 1635. | | D | 2. | III. | 20. | 6. | 3. |
| 1636. | C | B | 3. | IV. | 21. | 9. | 2. |
| 1637. | | A | 4. | V. | 22. | 8. | 0. |
| 1638. | | G | 5. | VI. | 23. | 5. | 6. |
| 1639. | | F | 6. | VII. | 24. | 8. | 5. |
| 1640. | E | D | 7. | VIII. | 25. | 7. | 4. |
| 1641. | | C | 8. | IX. | 26. | 10 | 2. |
| 1642. | | B | 9. | X. | 27. | 8. | 1. |
| 1643. | | A | 10. | XI. | 28. | 7. | 0. |
| 1644. | G | F | 11. | XII. | 1. | 9. | 6. |
| 1645. | | E | 12. | XIII. | 2. | 7. | 4. |
| 1646. | | D | 13. | XIV. | 3. | 6. | 3. |
| 1647. | | C | 14. | XV. | 4. | 9. | 2. |
| 1648. | B | A | 15. | I. | 5. | 7. | 1. |
| 1649. | | G | 16. | II. | 6. | 5. | 6. |
| 1650. | | F | 17. | III. | 7. | 8. | 5. |

1622

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1622. | 17. Februar. | 21. April. | 1. Decemb. |
| 1623. | 9. Februar. | 13. April. | 30. Novemb. |
| 1624. | 25. Ian. | 28. Mart. | 28. Novemb. |
| 1625. | 13. Februar. | 17. April. | 27. Novemb. |
| 1626. | 5. Februar. | 9. April. | 3. Decemb. |
| 1627. | 21. Ian. | 25. Mar. | 2. Decemb. |
| 1628. | 10. Februar. | 13. April. | 30. Novemb. |
| 1629. | 1. Februar. | 5. April. | 29. Novemb. |
| 1630. | 24. Ianuar. | 28. Mar. | 28. Novemb. |
| 1631. | 6. Februar. | 10. April. | 27. Novemb. |
| 1632. | 29. Ianuar. | 1. April. | 2. Decemb. |
| 1633. | 17. Februar. | 21. April. | 1. Decemb. |
| 1634. | 2. Februar. | 6. April. | 30. Novemb. |
| 1635. | 25. Ianuar. | 29. Mart. | 29. Novemb. |
| 1636. | 14. Februar. | 17. April. | 27. Novemb. |
| 1637. | 5. Februar. | 9. April. | 3. Decemb. |
| 1638. | 21. Ianuar. | 25. Mart. | 2. Decemb. |
| 1639. | 10. Februar. | 14. April. | 1. Decemb. |
| 1640. | 2. Februar. | 5. April. | 29. Novemb. |
| 1641. | 21. Februar. | 25. April. | 28. Novemb. |
| 1642. | 6. Februar. | 10. April. | 27. Novemb. |
| 1643. | 29. Febr. | 2. April. | 3. Decemb. |
| 1644. | 18. Febr. | 21. April. | 1. Decemb. |
| 1645. | 2. Febr. | 6. April. | 30. Novemb. |
| 1646. | 25. Ian. | 29. Mart. | 29. Novemb. |
| 1647. | 14. Febr. | 18. April. | 28. Novemb. |
| 1648. | 30. Ian. | 2. April. | 3. Decemb. |
| 1649. | 21. Ian. | 25. Mart. | 2. Decemb. |
| 1650. | 10. Febr. | 14. April. | 1. Decemb. |

VER-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0029-9

VERSICULI ET RHYTHMI
*veterum de Tempore.*
*Ciſio Ianus vetus.*

*JANVARIVS.*

Ciſio, Ianus, Epi ſibi vendicat, Oc, Feli, Marc, An.
Priſca, Fab, Ang, Vincenti, Paulus, nobile lumen.

*FEBRVARIVS.*

Brig, Burg, Baſil, Ag. Dor, Febru, Ap, Scholaſtica, Valent.
Juli conjunge, tunc, Petrum, Matthiam inde.

*MARTIVS.*

Martius Adria, Per, decoratur, Gregorio, Cyr,
Gertrud, Alba, bene juncta Maria genitrice.

*APRILIS.*

April in Ambroſiis feſtis ovat atque Tiburti,
Et Valer ſanctiq; Georg, Marciq; vitalis.

*MAIVS.*

Philip, Crux, Flor, Goth, Johan, Latin, Epi, Ne, Ser & ſoph,

Majus

Majus in hac ſerie, tenet Urban in pede,Cris,Can.

*IUNIUS.*

Nic,Marcelle boni dat Iun,Primi,Ba, Cirini,

Vitiq;, Mar,Protus, Al,ſancti Iohan Io, Dor,Le, Pe,Paul.

*IULIUS.*

Iul, Viſit, Huldrich, Oc, Bil, Chili, Fra, bene,Margar,Apoſt,Al,

Arnolphus,Prax, Mag,Ap, Chriſ, Iacobiq;,Sin, Abdon.

*AUGUSTUS.*

Pe,Steph,Steph, Protus,Six,Don, Cyr, Ro,Lau,Tibur,Hip, Eus.

Sumptio Agapiti,Timo,Bartholo,Ruff, Aug, Col, Aucti.

*SEPTEMBER.*

Ægidium Sep habet,Nat,Gorgon, Protiq;, Crux,Nic,

Euph, Lambertiq;, Mat, Mauricius & Da,VVenc,Mich,Hier.

*OCTOBER.*

Remiq;, Franciſcus, Marcus, Di, Ger, Artiq;, Calix,

Galli,

Galli, Lucas, vel Vnd, Se, Seve, Criſpini, Simonis, Quin.

*NOVEMBER.*

Omne, Novembre, Leon, Qua, Theo, Martin, Britiiq;,
Poſthæc, Eliſa, Ce, Cle, Cris, Catharina, Sat, And.

*DECEMBER.*

December, Barba, Nicolaus & Alma Lucia,
Sanctus ab inde Thomas, modo Nat, Steph, Io, Pu, Thomæ Syl.

## *CISIO JANUS ALITER*

*à Philippo Melanthone redditus.*

*JANVARIUS.*

Ciſio Ianus EPIphaniis dic dona Magorum,
Vincit ovans Agne, nova PAulum lumina vertunt.

*FEBRVARIUS.*

Et PVRgata parens ad templum ducit Jeſum
Sede doces ſacra cum PEtro Matthia gentes.

MAR-

MARTIVS.
Evocat ad ſtudium puerile Gregorius agmen,
Æterni patris gnatum MARiæ tenet aluus.
APRILIS.
Præſulis Ambroſii laudes imitare ſacerdos,
Et pellant equites GEORgI more Tyrannos.
MAIVS.
Læta CRUcis Helene reperit pia cura trophæa,
Vinea cùm floret plebs Vrbanum celebrabit.
JVNIVS.
Ardua ſolis equos trahis ad faſtigia VIte,
Agni monſtrat onus ſed BAPtiſtes tibi Petre.
IVLIVS.
Jam Mariæ ſobolem Baptiſta ſalutat in alvo,
Adficit Herodes nece JACobum Zebedæum.

AVGV.

AVGVSTVS.

VINcula poſt PETri patitur LAVrentius ignes,
Impie Mœche dabas meretrici colla JOHannis.

SEPTEMBER.

Ægidius celebrat Mariæ virginis ortũ,
Quo combuſta die Solymorum mœnia narrant.

OCTOBER.

Chriſte tuas leges Celtis DIONyſius adfert,
Scriptis LVca tuis fruimur, docuit Simo Perſas.

NOVEMBER.

Pannonius docuit Gallorum MARtius oras:
Fertilis ELIZabeth cantat Duringia laudes.

DECEMBER.

Poſt caſti ſacra NICole i longiſsima nox eſt,
Fauſta dies celebrat tibi CHRiſtum virgine natum.

DE

## DE PROPRIETATIBUS Duodecim Menſium.

### JANUARIUS.

POcula læta pius amat & convivia Janus:
Mirtatur ſanguis: Lactuca, cicercla, ſerenda,
NaſturcI & ſemen, vitis vetus ablaqueanda:
Lunaq; decreſcens bona ligna fabrilia cædit.

### FEBRUARIUS.

FEbruus ad febres aptus, ſtomacho nocet ægro,
Cephalicam patefac. Gaudentq; propagine vites:
Fac ſepes; ſtatuas oliveta, roſaria ſparge:
Conſere tunc canabum, lentem, atq; trimeſtria cuncta.

### MARTIUS.

MArtius humorum genitor, motorq; dolorum:
Morbus apes vexat: culturam poſtulat hortus:
Putandæ vites; purgandaq; prata: boves tunc
Compara equas maribus ſubdas, cinerato novellas.

## APRILIS.

APrilis terras aperitque poroſq; relaxat;
Hinc ſcabies: ventrem ſolvas, minuaſq; cruorem,
Quærere apes poteris, in apricis ponere olivā:
Naſcuntur vituli, ſeræ meloneſq; apiumque.

## MAIUS.

MAjus amat medicos & balnea: ſcindere venas:
Pinguis ager colitur: operitur vitis & arbor:
Tunc augentur apes, vituli caſtrantur: oveſq;
Tondentur: caſeus premitur: lateres faciendi.

## JUNIUS.

FOena cadunt Junio: tunc meſsis ad hordea prima
Area trituræ reparanda eſt plana futuræ:
Fucos pelle & Apum caſtres alvearia, fabæ
Vellantur, caſeus fit, & emplaſtratio pomis.

## IULIUS.

JUlius & Medicos vitat, retinetque cruorem,
Vinaq; miſcet aquis, falce reſecatur avena:
Et proſciſſa prius iteratur terra: ſerantur
Cepullæ: vaccas juvat & ſubmittere tauris.

## AUGUSTUS.

AUguſtus prohibet quæ Juli9: ac Venus abſit
Et gula: tunc napi, rapi, radixque ſerantur,

Si ti-

Si tibi aquæ deſunt, quære illas arte modoq́;:
Inſere pyra, citrum, tunc paſcua flamma perurat.

## SEPTEMBER.

SEptember fructus maturos carpit, & uvas,
Colligit, & muſtum: morbos gravat & pluvias (fert
Tunc vitiæ ſatio: formandaq́; prata novella,
Piſa, ſeras, ſiſanum, farrago, lupina, papaver,

## OCTOBER.

VIna dat October, volucres fugat, hordea linum,
Triticeam & palmam ſere, & ablaqueanda novella:
Pomaq́ue conſerves, cole præmia, compara avenam,
Atq́ue alimenta quibus opus eſt tibi tempore Brumæ.

## NOVEMBER.

QUæris habere focos, igneſq́ue nivoſe November,
Prata nova inſtituis, ſeris allia, ponis olivam
Caſtaneam, & triticum ſeris: eſt generatio ovina:
Glans legitur: faber & cedit durantia ligna.

## DECEMBER.

VUltq́ue focum aſſiduum genialis habere December,

Tum piger & pernas: ſine cura Bacch9 amicat:
Frumenti ſatio eſt: lactuca ſerenda: ridicas
Et palos facias: corbos quoq; condit Echinus.

*De duodecim ſignis Zodiaci.*

SUnt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

*De qualitate ſignorum.*

AR. Li. De vena bene fundunt, Vrna, Sagitta:
Can. Vir. Scorp. media; Piſcis quoq; Cætera prava.

## *De qualitate ſignorum aliter:*

*ARIES.*

NIl capiti noceas cum Luna Ducem gregis intrat,
Non tangas aures, ſed balnea tutius intres,
Nec cephalam minuas, nec barbam radere debes.

*TAVRVS.*

ARbor plantetur, cum Tauro Luna tenetur,
Non minuas, non ædifices, nec ſemina ſpargas.
Et Medicus caveat cum ferro tangere collum.

*GEMINI.*

BRachia non minuas cùm luſtrat Luna gemellos

Ungui-

Unguibus & manibus cum ferro cura negetur.
Nunquam portabis à promiſſore petitum.

CANCER.

PEctus, pulmo, jecur, in cancro non minuantur,
Somnia falſa vides, fit & utilis emptio rerum,
Potio ſumatur, ſecurus perge viator.

LEO.

COr gravat & ſtomachum cum cernit Luna Leonem,
Non veſtes facias, non ad convivia vadas.
Et nil ore vomas, nec tūc medicamina ſumas.

VIRGO.

LUnam virgo tenens uxorem ducere noli.
Viſcera cum coſtis caveas tractare cruorē.
Semen detur agro dubites intrare carinam.

LIBRA.

LIbra tenens Lunam nemo genitalia tangat.
Aut renes, nates: nec iter tunc carpere debet.
Extremam partem Libræ cum Luna tenebit.

SCORPIUS.

SCorpius augmentat morbos in parte pudenda,
Vulnera non cures, caveas aſcendere naves.
Et ſi carpis iter timeas de morte ruinam.

SAGITTARIUS.

LUna nocet femori, per partes mota Sagittæ,

Ungues atq; crines poteris præſcindere tutò.
De vena minuas & balnea tutius intres.

## *CAPRICORNUS.*

CApra nocet genibus ipſam cum Luna tenebit.
Intret aquam nauta, citiùs curabitur æger.
Fundamenta ruunt, modicum tunc durat idipſum.

## *AQUARIUS.*

VNgere crura cave cum Luna videbit aquoſum.
Inſere tunc plantas, excelſas erige turres.
Et ſi carpis iter tunc tardius ad loca tranſi.

## *PISCES.*

PIſcis habens Lunam noli curare Podagram.
Tutus iter carpis, fit potio ſumpta ſalubris,
Arvum debet emi, ſponſæ ſponſus ſociari.

## *Quantitas Anni Dierum CCCLXV.*

L.X.V. tria C, quicunque annus tenet in ſe.

*Aliter.*

L.X.V. tria C, ſex horas continet Annus,
Hæ biſextilem dant quarto quolibet Anno.

## *De Anno Biſextili & Die S. Matthiæ.*

BIſſextum ſextæ Martis tenuêre Calendæ,
Poſteriore die celebrantur feſta Mathiæ.
Math, Math. dicatur, ſed feſtum non variatur.

*Quan-*

*Quantitas Anni ſecundùm Feſta immobilia.*

SEX ſunt ad Puri, bis ſex ſunt uſque Philippi.
Ad Jacobum totidem, Novem ſunt ad Michaëlem:
Sex ad Martini, ſed ad Natalia Chriſti,
Adde dies octo, totus complebitur Annus.

*De Duodecim Menſibus.*

POcula Janus amat; ſed Februus algeo clamat;
Martius arva fodit, ſed Aprilis florida prodit:
Flos & fons nemorum ſunt Majo fomes amorum;
Dat Junius fœna; Julio reſecatur avena:
Auguſtus ſpicas: September colligit uvas:
Seminat October; ſpoliat virgulta November:
Quærit habere cibum porcum mactando December.

*De Appellatione Lunationum.*

LUna ſuũ nomen, ſumit de Menſe ſequenti:
In quo completur Menſi Lunatio detur.

*Qualitas quatuor partium Anni.*

ÆStas ſicca, calens: Autumnus ſiccus & algens,
Friget & humet hyems, calidum Ver ſed ſitit humens.

*De quatuor partibus Anni.*

DAt Clemens hyemem, dat Petrus ver Cathedratus,
Æſtuat Urbanus, autumnat Symphorianus,

*Aliter.*

ANnũ diſcerne per partes, ſuntq; quaternæ:
Ver Petro detur, æſtas exinde ſequetur,
Hanc tenet Urbanus, Autumnum Bartholomæus.
Feſtum Clementis caput eſt Hyemis orientis.

*Item.*

MArtius à medio. Ver ducit: Junius æſtum:
Autumnum September habet: Brumamq; December.

*Item Ovid.*

POma dat Autumnus, formoſa eſt meſsibus æſtas,
Ver præbet flores, igne levatur hyems.

*Item.*

VEr, æſtas, autumnus, hyems ſunt quatuor unum,
Quæ ſi membra ſimul junxeris, annus erunt.

*De numero dierum Menſium.*

JAn. Mar. Mai. Iul. Auguſt. Oc. Dec. Deca ter ſimul unum:
Ter deca dant reliqui, ſed Februus octo viginti.

*Ali-*

*Aliter.*

APril,ter denos,Iun,Septemberque, November,
Uno plus reliqui,viginti Februus octo,
At ſi biſſextus fuerit ſuperadditur unus.

*Vel ſic.*

JUnius,Aprilis, Septemque, Novemque, triginta.
Plus uno reliqui, viginti Februus octo:
Nî ſit biſſextus, nam tunc ſuperadditur unus.

*Aliter.*

TEr denos September habet,totidemque November,
Junius,Aprilis. Reliquis ſuperadditur unus:
Sit niſi biſſextus vicenos Februus octo,
Prima dies Menſis cujuſque eſt dicta Calēdæ.

*De Nonis & Idibus.*

MAr,Ma,Iul, Oc,ſenas reliquis dato bis duo Nonas.
Octo tenet Idus menſis generaliter omnis.

*Aliud.*

SEx Nonas Majus,October,Julius & Mars,
Quatuor at reliqui,tenet Idus quilibet octo.
Inde dies alios omnes dic eſſe Calendas,
Quas retro numerans diſces à menſe ſequenti.

*De Coloribus Lunæ.*

PallidaLuna pluit,rubicunda flat,alba ſerenat.

*De Feſto Purificationis.*

Feſto Hypapante, Sole micante,
Major erit nix Quàm fuit antè.

*De Æquinoctiis & Solſticiis.*

LAmbert, Gregorii, nox eſt æquata diei:
Vitus, Lucia, dant duo Solſtitia.

*Paſcha cadit ſemper inter 21. D. Mart. & 25. April.*

PAſcha nec undenas Aprilis ante Calendas,
Nec poſt ſeptenas Maii valet eſſe Calendas.

*De Martio.*

MArtius in campos atrum producit aratrum:
Sed nondum pratum vaccis facit eſſe paratū.

*De Diebus Canicularibus.*

Margaris os canis eſt, caudam Laurentius addit.

*De Die Simonis Judæ.*

SImonis Judæ non debes currere nudè:
Tunç bonus eſt ignis, cùm pendet ſtiria tignis.

*De Die Pauli.*

CLara dies Pauli bona tempora denotat anni,
Si fuerint nebulæ, pereunt animalia peſte,
Si fuerint venti deſignant prælia genti,
Si nix aut pluvia, deſignat tempora cara.

*Præce-*

*Præceptum Oeconomicum.*

LUcia dimidiat lichnos, Antonius ignem
Dividit, at medium vult Purificatio pablum.

*Jejunia quatuor temporum Anni.*

POſt Crux, poſt Cineres, poſt Spiritus, atque Luciæ :
Sit tibi in angaria quarta ſequens Feria.

*Dominicæ intra Eſto mihi & Paſcha.*

Invoca, Remi, Oculi, Læ, Iudica, Do, Reſurrexi.

*Dictum Chriſti Matth. 16. ver. 3. De conſtitutione aëris.*

NOcte rubens cœlum, cras indicat eſſe ſerenum,
Atq; rubens manè, tempus ſignat pluviale.

*Menſium obſervatio in phlebotomia.*

HI ſunt tres menſes, Majus, September, Aprilis,
In quibus eminuas, ut longo tempore vivas.

*Item de Phlebotomia.*

MArtini, Blaſii, Philippi, Bartholomæi,
His feſtis minuas ut longo tempore vivas.
Marcelli Papæ, Sylveſtri vincula Petri,
Venam qui pandit non credo quod diu vivit.

*Obſer-*

*Obſervatio Lunæ in Phlebotomia.*

LUna creſcente minuas Iuvenis crapulente.
Sed decreſcente, minuas juvenis macilete.
Luna vetus veteres, Iuvenes nova Luna requirit.

*Item.*

POſtquam diem quintum poſt vigeſimum quoque quintum
Venæ parcatur quia corpus debilitatur.

*Obſervatio partium Anni in Phlebotomia.*

VEr, Æſtas, dextras, Autumnus, Hyemsq; ſiniſtras,
Percutiunt venas tollunt de corpore pœnas.

*Regimen in Phlebotomia.*

PRima dies venæ tibi ſit moderatio cœnæ,
Altera læta dies, tertia tota quies.
Ipſe dies quartus omnes fragiles facit artus,
Inde dies quintus virtutes colligit intus.
Balnea ſexta peti ſed ſeptima vult ſpaciari.
Hebdomada plena requieſcit ſic tibi vena.

*De quatuor plagis Mundi.*

GLoria dic Oſten/ vobiſcum ſit tibi Weſten/
Gib Waſſer Süden/ Evangelium tibi Norden.

*De 4. ventis Cardinalibus.*

VEſpere miſſus adeſt Zephyrus, volat Eurus ab ortu:

In medio eſt Auſter, Boreas bacchatur ab Arcto.

*Item de ventis.*

ESto toga in talis, ſi ventus ſit Borealis.
Ut ferrum Magnes, ſic Cæcias attrahit imbres.

*Item.*

Rarò cedit ventus, niſi cum pluvia violentus.

*De Menſibus hybernis.*

Menſis quando habet R, noli comedere cancer.

*De Nubibus.*

Clarior eſt ſolito, poſt maxima Nubila Phœbus.

*Item*

Non ſtillant omnes, quas cernis in aëre nubes.

*De Nive.*

Sub nive quod latitat, dum nix perit omne videtur.

*De figura Mundi.*

ORbis ut orbita volvitur incita turbine miro,
Ut rota volvitur, indeq; pingitur, ut rota Mundi:

Irritus

Irritus eſt ratus, inſtabilis ſtatus eſt, ſtatus ejus:
It, redit, ut Mare, deniq; nunc malè, cras ſibi pejus.

*Procraſtinatio.*

Permultum cras cras, ſemper conſumitur ætas.
Tranſit ut unda fluens, tempus & hora ruens.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0048-1

Cum Gratia & Privilegio
Elect. Saxon.

VVITTEBERGAE,
Typis Meiſnerianis, Sumpti-
bus Pauli Helvvichij
Bibliop.

*ANNO M. DC. XI.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0049-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0051-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0052-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0053-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0054-4

Yc 2873

ULB Halle 3
005 129 133

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0055-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0056-5

is Crameri D.

όγιον Hebræum,

ſeu

IS REDU-

MENSES HE-

manos & uſitatos,

ſtorum Hebræorum,

it mentio in ſacris.

*Item*

*ARIUM GENE-*

*are & Romanum;*

*n Tabella.*

LLI ET CON-

nni biſextilis, Literæ

i Numeri, Indictionis, Cy-

re Septuageſimæ, Paſcha-

ntus, ab Anno 1605.

d A.C. 1645.

*Additis*

*Rythmis Veterum*

*Tempore.*

Anno Chriſti 1611.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-351341-p0057-1